ribus atq; vitijs. Quiſquis enim hoc vnicū vnitumq́; medicamentum, propter quod Chemia ſolùm à Deo conceſſa fuit hominibus, aſſequitur, ſincerum intellectum, non perturbatā mentem, ſed memoriam integram per illud ſibi (Deo dante) reſuſcitare poterit, ac ad hunc vtiq; diſponi modum, in honeſtam Deoq́; placentem vitam & conuerſationem. Dixerit quiſpiam, vbi nā ſint illi Chimici qui tale quid ex ſua ſibi medicina polliceri queant? Ad hæc, vbinam ex ſchola manifeſtæ Phyſices vnicus hac tempeſtate dabitur Hippocrates, vel qui mentē eius probè intelligat: ex occultorum Phyſica per Chemiam fortaſſe